

ACTA ET DECRETA
SECUNDI CONCILII PROVINCIÆ QUEBECENSIS

ANNO MDCCCLIV

CELEBRATI,

PRÆSIDE ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO ARCHIEPISCOPO
QUEBECENSI.

LITTERÆ DE INDICENDO ET CONVOCANDO

Provinciae Quebecensis Secundo Concilio.

PETRUS-FLAVIANUS TURGEON,

MISERATIONE DIVINA ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA
ARCHIEPISCOPUS QUEBECENSIS, ETC., ETC.,

*Reverendissimis Provinciæ Quebecensis Episcopis, nostro corumque
Clero et Populo, Salutem in Domino.*

Quum secundum Sacrosancti Concilii Tridentini præscriptiones, tertio quoque anno, in unaquaque Provincia Ecclesiastica, celebrandum sit Concilium, ut pastores simul congregati, inspirante Spiritu Sancto, utiliora possint media seligere ad tuendam stabiliendamque fidem in cordibus christianorum, cultum divinum ampliori honore munendum, studium bonorum operum amoremque rectæ disciplinæ in clero populoque fovenda; Nos, præterea, Decretum